Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Et sic Domini assensus non potius fuit ad consolidandam alienationem, sed conditione siue alienatione tanquam firma ac ualida præsupposita, reuerenter rogatum fuit, ut investitura emptoribus, utpote eque idoneis conferatur, non ideo quidem quod in arbitrio Domini fuerit, emptoribus eque idoneis investituram conferre uel denegare, sed potius (ut supra dictum est) quod Vasallus Jure suo Dominum de emptore certiorem facere, & ut eius personam gratam habeat ex reuerentia quadam rogare debeat. Dominus enim non cogitur accipere Vasallum, quem non uelit, adeoq; sibi displicentem, per Jsern: in c. i. tit. i. de prohibit: feud: alien: per Frider: & in d. c. Imperialem. n. 9. & Afflict: n. i. & 2. ibid: Ceph: cons: 110. n. 5. 7 & 8. Burs: cons: 131. n. 43. Hinc Vasallus non potest rem inimico Domini infeudare: Mar: Frecc: de feud: lib. i. de origi: Baro: n. 49. Burs: d. cons. 131. n. 48.

Vt autem in casu refutationis inuito Domino directo licitae [illegible] reuerenter [illegible], [illegible] humiliter [illegible], [illegible]